Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Vox ecclesie orantis deum ne fideles opprimantur ab
inimicis et dicit.

Miserere mei deus presta
auxilium postrige salu me ne deficiam in
tribulacione qm inimicus s. diabolus p se et per suos
persequit me multis modis in affligendo toto tempore im-
pugnatus visibili et invisibili tribulat me
Necesse est ut miserearis quoniam Multi sunt inimici mei
membra diaboli qui bellantes toto tempore vite mee
adversum me in membris meis quasi pedibus viam
conculcaverunt me
Sed numquid Ab altitudine superbie et elacionis istorum
qui me persequunt que breui tempore duratura est timebo
desperabo absit non enim timebo quia in te sperabo in quo
nulli sperantes timendum est quis enim speraut in domino
et confusus est nullus
In deo laudabo sermones meos attribuens ei sicut
fonti sapie quicquid bonum loquar in dno speraui in quo
confirmatus non timebo quid faciat mihi caro. i. homo
carnalis quicuq;
Tota die verba mea licent essent a deo licet essent
salutaria execrabant contempnebant a psidis inimicis
meis omnia mala consilia eorum erant ad inferendum
mala mihi
Isti subdoli xpistiam Inhabitant invicem cum bonis
publice tm videntur esse in ecia et congregacionis sequi
conuentusq; ipsos sed intus puersitatis sue abscondunt ipsi
si non possunt statim decipere mutantes ingrem suum
diabolum qui semp intuit in fine homis; decipe calcaneum
meum finem vite mee observabunt
Isti autem agunt contra me vtpote quibus gravis sum
ad videndum mali enim quasi grave pondus ferunt

archanum xpi